

ALFONSI GAR

SIAE MATAMORI HISPANICA

lensis, & primarij Rhetoris Complutensis,

De asserēda Hispanorū eruditione,

sive De viris Hispania doctis na

rratio Apologetica, ad Illu-

strissimum Vranie Co

mitem.

num. 32. cap. 7. num. 35



COMPLUTI.

Ex officina Ioannis Brocarij

Anno. 1553.

Coll. Soc. 125 v. Salm. ex dono Regum. Le h. Livr.

ILLVSTRISSIMO PRIN-
cipi domino Ioanni Tellez Giron Vranie
comiti *Alfonfus Garsias Matamoros*
Hispalensis salutem, & perpetuã
felicitem precatur.



Cum superiore æstate Hispali dece-
dens Ossunam venissem, eoq; me diu-
tinum, & incredibile quodam vidẽ
di nouam academiam desiderium attulisset, ni-
hil mihi potius fuit, quam vt te conuenirem,
Comes illustrissime, bonarum literarum vindi-
cem, & patronum. Ad te quum veni, ea me
complexus humanitate es, & beneuolentia, vt
in fortuna lōge dispari parẽ propelocũ tenuitas
nostra inuenerit. Nã primo congressu multis vl-
tro citroq; habitis, quæ excelsi, generosiq; ani-
mi tui manifesta signa præstiterunt, sermonẽ de
studijs humanitatis p̄ opportune excepisti, quẽ
tãto verborum flumine, & sententiarum sub-
tilitate in multas horas protraxisti, vt nullam

EPISTOLA.

siam: neq; Phocas imperator alio nomine bene, præclareq; audire cæpit, quàm, quod alij in thermas, colossos, pyramides, basiliscos, & insana illa ædificia, quæ olim celebravit antiquitas, cõsumpserũt, hic in diuorũ basilicas, sacras ædes, templa valetudinaria, plene, prolixèq; impendisset. Tantam verò hãc religionem, tam inusitatam, inauditamq; pietatẽ, tu ex tot principibus vnus consopitam iam, & pene mortuã his temporibus suscitasti, non modo templis Ossuna magnificētissime ædificatis, sed noua quoq; constructa academia, ad quam ex tota Bætica, & vtraq; Hispãnia innumerabiles gentes, & nationes tanquam ad mercaturam bonarũ artium certatim conuenirent. Bello enim Granatēsi clarissimi maiores tuĩ, profligatis in Bætica mauris, cõtritis, ac domitis Christiani nominis hostibus, prima fidei semina in his terris, ac regionibus profeminare cæperunt, quas tu maxima tua gloria, & illorum immortalis virtute, ac fama tenes. Sed cum Arabes, qui in ditionem nostram, ac potestatẽ venerant, nondũ

DE ASSEREN

DA HISPANORVM

eruditione, siue de viris His-

paniæ doctis narratio

apologetica.



Es Hispanorum bello, pa-
ceque gestas, cū plerique
nostrorū hominū, tum ex
græcis, latinisq; non pau-
ci memoriæ prodiderūt.

Omnes verò incredibili studio propagã
di famam gentis nostrę scripsisse viden-
tur, ne tot ingétia facta silentio præter-
missa iacerent in obscuro, quę Hispanię
nomé sempiternū, & posteris magnum
virtutis documētum essent allatura. Hi
memorabiles victorias, nobiles trium-
phos, facinora, nec pauciora quàm græ-
ci, nec minora quàm Romani fecerint,
referētes, Hispanorum indomitam fero-
ciam, inuictos animos, virtutē bellicam

DE ASSERENDA HIS:

fessores cōplexa fuerit. De quorum inge-
nijs, & optimarum artium studijs, quæ
cum summa vtilitate reipublicæ litera-
riæ erudiendis compluti iam annos cir-
citer decem theologiæ candidatis feli-
citer quidem, glorioseque exercue-
runt, nihil nunc statuam, tam
præclarum, diuinumque iu-
diciū, debitumq; te-
stimonium poste-
ritati relin-
quens.

De licencia Illustrissimi
Archiepiscopi Tolentani.